



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ioannis Tollenarii Brvgensis e Soc. Iesv Specvlvm
Vanitatis Sive Ecclesiastes Solvta Ligataq. Oratione
Dilvcidatvs**

Tollenaer, Jean de

Antverpiæ, 1635

Metrica Paraphrasis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68633)

Iure præscribi, vt in Magistratibus creandis magnus delectus adhibeatur: & si quis in administratione muneris torpor obrepserit, nullus in acuedâ industriâ nimius aut superuacaneus labor censeatur. Vnde non incongruè ad hanc industriam digressus subnectit Ecclesiastes:

SECTIO QUINTA.

ECCLESIASTES.

VERSUS 10. Si retusum fuerit ferrum, & hoc non vt priùs, sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur, & post industriam sequetur sapientia.

METRICA PARAPHRASIS.

Quem temperare publica clauum rei,
Imperijque inbes
Dominis præesse fascibus,
Ne patere luxu torpidum obbrutescere, aus
Desidia tumulo
Viuum cadauer obrui,
Non temerè lucis pristinae accendit inbar
Ignea vis animi
Immersa terræ facibus.
Nec vera Virtus marcida elumbi otio,
Cum semel exciderit
Se robori antiquo refert.
Non arte quiuis pollet acris Vlyssæi,
Ut focius stabuli
Fada ora Circei exuens,

Vultus

Vultus priores reddat, & Menti bona
(Post venerem atque iocos)

Emancipatos consecret.

Viden' vt securis abstineus operis, situ
(Supplicium ipsa sibi)

Rubiginoso carpitur?

Hanc si retuso chalybe, si sorde obsitam,
Disimilemque sui

Luci redonatum cupis;

Ferrum nitore pristino tersum dabit,
Restituetque aciem

Vix improbus tandem labor.

Tu si medelam languido cordi paras,
Exacuisque aciem

Rubiginosis mentibus;

Sudoris imbre industria cotem irriga:
Præmia mox Sophie

Parturiet impensus labor.

PROSA EXEGESIS.

SEQVOR hîc digredientis Ecclesiastæ vestigia, aut latius etiam, si placet, excurro; & quod ille ad extimulandam Principis sollicitudinem de indignis Magistratibus, qui que muneri suo defunt, affirmat, id in omni vitâ locum habere contendo. Etenim vt in administrandâ Republicâ, imperii que fascibus ac securibus, sic in omni vitæ officio dupliciter peccatur, aut peruersis actionibus, aut officij neglectu. peruersis scilicet actionibus, legibus que violatis, ferrum retunditur; officij neglectu, adeoque otio, torpore atque ignauia securis hebetatur.

Sed siue vitis in transuersum agitur humana mens,

Tttt 2

siue